



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 116. Bellum inter Ferdinandum Arragoniæ, & Alphonsum Lusitaniæ
Reges

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

centia deformis esset, nihilominus ob li- Sæcul. XV.
beralitatem, magnificentiam, literarum A.C. 1476.
studium & benevolentiam in Viros scien-
tia claros multum laudatur. Trucidatus
obiit anno ætatis suæ circiter trigesi-
mo tertio, sepultus insigni pompa in Ma-
jori Ecclesia sanctæ Mariæ. Ingens ex
eius obitu tumultus in civitate Mediola-
nensi exoriebatur, adeo, ut summus Pon-
tifex pacem Italiæ concidisse vehementer
timeret, eoquod plurimi Principes suas
quisque spes ad hunc Ducatum jacerere
coepissent. Mox tamen sedatis per ur-
bem turbis Joannes Galeatius Maria filius
defuncti primogenitus adhuc puer Dux
proclamatus est, positusque sub tutela
Matris suæ, cui præcipuorum Procerum
Senatus ad hoc speciatim constitutus ad-
jiebatur.

§. CXVI.

Bellum inter Ferdinandum Arrago- niæ, & Alphonsum Lusitanicæ Reges.

Hoc anno summus Pontifex Matrimo-
nium Alphonsi Lusitanicæ Regis cum
Joanna Henrici Castellæ Regis Filia nul-
lum irritumque esse declarabat, licet
prævie summus Pontifex legis gratiam
secisse diceretur, quam tamen Sixtus IV.

per

Sæcul. XV. per falsam rei narrationem impetratam
 A.C. 1476. fuisse asserebat. Ea res percommode accidit Ferdinando Arragoniæ Regi, qui Isabellam ejusdem Henrici sororem sibi uxorem duxerat; quapropter adversus Alphonsum copias suas educit, atque in agro Tyrum inter & Senticam sito, prælium committit, æquato pene utrinque victoriæ, cladisque fato; quippe dextrum Castellanorum agmen, cui ipse præerat Ferdinandus, a sinistra Lusitani exercitus acie, Ductore Joanne Principe cœsum fugatumque est, ex adverso dextrum Lusitanorum cornu, cui imperabat Alphonsus, hoste acrius irruente penitus disjectum fuit. Unde præcipiti fuga totam regionem usque ad Nuganum Castrum emetiri coactus est Alphonsus, ibidem a Petro de Mendaha illius Gubernatore perhonorifice exceptus. Interea Lusitani cum de Regis sui forte nullam haberent notitiam, eum mortuum esse arbitrati, seditionem movebant, cuius opportunitate Ferdinandus scite usus, cunctas olim ab Alphonso occupatas urbes recuperavit, eodemque infestæ fortunæ cursu Castellani Joannæ partibus studiosi derelicto Alphonso cum Ferdinando pacem inierunt: quo facto Lusitaniæ Rex omnipotens dejectus, in Gallias ipsus contendere compulsus est, ut Ludovicum XI. ad inferendam

*Castro - Nu-
gno.*

renda Ferdinando arma permoveret. Sæcul. XV.
Ast nec hisce consiliis secundus collusit A.C. 1476.
eventus.

§. CXVII.

Adventus Lusitani in Franciam.
Colloquium cum Rege.

Primo igitur Alphonsus Mirandam con-
cessit, demum Regni Administratio-
nem suo Filio concredidit, ipse vero Tu-
rones contendit, Regem Franciæ adi-
turus. Ab eo perbenigne quidem exci-
piebatur, nihilominus Ludovicus XI.
eidem sine ambage declarabat, sibi in-
tegrum non esse, novis belli tumultibus
se implicare, priusquam sibi plenum ab
armis Burgundiæ Ducis, qui tum adhuc
vita superstes erat, otium esset, reique
exitum comperisset. Quare Alphonsus
spe fretus, quod præsentia sua inter Lu-
dovici & Burgundi dissidentium animos
facile concordiam redintegratus esset,
ac conciliata pace opem ab eis impetrare
posset, ipsus Ducem tum Nancei obsedio-
ne distentum accedit; cum vero eundem
sibi devincire desperaret, post bidui mo-
ram, quam in ejusdem castris trahebat,
re infecta ad Ludovicum XI. reversus est.

Com. l. 5. c. 7.
Inhoff. Reg.
Lusit.

Marian hist.
Hisp. l. 24.

§. CXVIII.